

Konrad Neufeld

**Cavillationes Non-Neminis In excerptis literaru[m], lena ad Dreierum missarum,
contentae, & hinc inde Sparsae, suis animadversionibus illustratae, & tum in
gratiam Cavillatoris lenensis ...**

[S.I.], 1651

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn78643385X>

Druck Freier  Zugang





52⁴. 6.

8. 37 p. fud

A-C.
A-D.

~~Tomus LXXXI.~~

A-E.

Tractatus in hoc volumine contatti.

A-K.

A-C.
1. De constitutio episcoporum Germaniae. ^{enarratio.}
2. Aversaria Chronologica de Asia & Egypti antiquissimis Dynastijs. ^{Quod.}

A-C.
3. De antiquitatibus Academiz. ^{Quod.}

P. 103
4. Sapientia s. Pta prima. ^{Dieiri.} Mesoghi.

5. De Graecis primi eonf. g. Hebrews. Mesoghi.

P. 120
6. Benedicti Carp. D. F. V. D. Medicinae. ^{Quod.}

7. Uel fud Tract. q. Dreierū de ea facti. ^{factis.}

A-G
8. Dreierū Tractatus Quod dicitur fit ea facti.

9. (sic) Leontius circa statua circa Passionem Christi occurreret.

P. 97
10. Variae Negotia q. Eccl. de sapientia de Orig. dieo.

11. De Fulcris Athos. Colby.

P. 155
12. Epiz. de officiis pastorum loco & graffia in hister.

13. Deinde Correctio des Bedenke Dantes. Melmann.

60 p.
14. Bedenke Dantes.

A-E.

80 p.

Fa-1092 (97)



14.

CAVILLATIONES NON-NEMINIS

In excerptis literarū, Jenā ad Drejerum
missarum, contentæ, & hinc inde Sparsæ, suis a-
nimadversionibus illustratæ, & tūm in gratiam Cavillatoris
Jenensis, tūm cavillationum propagatoris, publico literati
orbis judicio expositæ: utq; huic pateat, quibus mediis, quā-
tis columniis adversus nostratum Theologorum & Formulæ
Concordiaë sententiam, Traducem animæ humanæ statuētem,
& quatuor brevibus dissertationib; Consentiente Ampliss.
Collegio Philosophico in Academia Regio-montana
defensam, tam à Cavillatore tum cavillatio-
num propagatore agatur,

in lucem editæ

per
M. CUNRADUM Newfeld'
Scholæ Cathedralis Regiomonti Rect.

Cap. VI. Proverb. v. 12, 13, 14, 15.

Homo nequam, vir nibili, ambulat per verso ore: Ničlat oculis suis,
verba facit pedibus suis, docet digitis suis: Omnimodā perveritate insi-
dente animo suo, fabricatur omne malum omni tempore; contentiones im-
mittit. Idcirco repente adveniet calamitas ejus; ita subito diffingetur,
ut non sit curatio.

A N N O M, D C, LI.

14.

15.

17.



Lecturo salut.

EDitæ sunt à me, Lector benevole, ante anni circiter decursum, Exercitationes publicæ quatuor de intricata animæ humanæ origine, qvibus Traducem defendere, Creationem verò tanquam hæresibus, Pelagianæ, Pontificiæ, Calvinianæ &c. propiorem, sanæ Philosophiæ adversam, imò & incognitam, ex Authorum ac defensorum suorum mente incertam ac sua culpa absurdam esse evincere allaboravi, non ut alicui litem moverem, sed ut placido animo collatis sententijs, qvarum divortia freqventissima sunt, discuterem, qvæ falsa & qvæ vera proviribus statuminarem. Placuit hic labor haud paucis cumprimis ijs, qui Orthodoxis in doctrina de Causa Peccati, peccati Originis definitione, efficacia, de Justitiæ Originalis naturâ, alijsq; qvibusdâ Controversijs, Theologicis adhærent partibus; nec minus amplissimum Collegium Philosophicū Regiomontanum suo eas approbavit calculo. Sed neq; cessarunt tum, qvi adversa tenent. Hoc etiam loco simulac cœpissem primâ disquisitione Originem animæ per Traducem asserere, Heterodoxorum aliquis post fornacem, in Collegio privato quatuor Septimanas consumpsit expositione ejus Controversiæ, id volens; antiquitus dubitatum fuisse à Patribus etiam primorum seculorum, plerosq; Creationem defendisse, qvi Traducem defenderint ad absurdâ lapsos fuisse, nempè, ut statuerent mortalitatem, corruptibilitatem animæ & hodie non minùs absurditatibus ijsdem obnoxios tenui traducis defensores, qvi Principio Philosophico, Omne generabile est corruptibile contravenire

A 2

vel

16
17

vel Corruptibilitatem animæ concedere necessum habeant: tandem verò ita concludens discursus, ut neutrum statuisse viderit voluerit, ad Creationē tamen propenderit, qvam etiā publicitus facta (Erörterung) expositio traduci preferre videtur. Jam tum verò obvētum istis privatis dis- cursibus in additamentis ad 4. Disputationem, Censurā Amplissimi Collegij comprobatis & pluribus in Repeti- tione harum Dissertationum dubijs motis respondebitur, Deo vitam ac tempus largiente, qva una atq; altera Qvæstio vel breviter diducta ad primis qvæ lineis saltem ræcta pluribus discutietur, & nonnullorum, Creationem defendantium, non satis firmis atq; inaccuratis hypothe- sis, exactius contradicetur. Sed nondum satis erat hostium hoc in loco: Nam & literæ Amicorum pro- dunt, non neminem Philosophum Jenæ, qvod modestè ipsi cōtradictum, ita bilem inreas Exercitationes effudisse, ut nescio qvas ruditates, nullitates & qvæ ejus sunt generis mihi ore imponere ausus fuerit: Cujus culpa, qvo meo merito, æqvo committo Censori. Optasse haec tenus ab eo Creationis firmiora fundamenta, ac talia, qvib; qvæ in dictis Disputationibus meis tradita sunt, discuti ac ad meliorem limam revocari possent, sed nihil ejus expertus donec homuncio, qvisq; ille sit (scurrum ac Calumni- atorem esse verba volunt, Nomini parcam) literis ad D. Drejerum extremā libidine ita invehementur in authorem Disputationum & Disputationes ipsas, ut dubitem, num, si sane fuit mentis, calumniosius qvid profetare potuerit ac possit, in talia non meritum; siquidem verò Chartula ista Pasquillo similis ab eo, ad qvem litteræ sunt perscriptæ, qvi meæ qualicunq; existimationi male vult, cujus molimi-

na ac

na ac rictus jam contemnere didici, hinc inde sparsa, ut
partim Cavillator ac Cavillationum propalator sentiant,
animadversionem pro petulantiae, quæ in bonam famam
involare studuerunt, merito, partim Lector cordatus nul-
loq; partium studio motus judicet, quem refutandi mo-
dum, quisquis fuerit dictarum Cavillationum author, ac-
tenderit, & num à serenâ fronte & ingenuo homine e-
iusmodi proficiisci potuerint; Ideoq; verba literarū, qvot-
qvot ad manus meas venerunt, hoc loco spectarim sparsa
seu Cavillationes breyibus animadversionibus illustratas,
ut qvod decoqvant Cavillatores habeant, publico omni-
um, qvos sana regit ratio, committo Judicio.

Ita verò Cavillator: Si asor sit huie (NN) & horta-
tor, ut Collegia (ut omnino valer) instituat Philosophica, seg.
exercitat, & exercendo perficiat. Certus enim sum, ipsum
(NN) longè superare Jejunum illum nova Philosophia Pro-
pugnatorem Neufeldium. Inconsideratum satis Judicium
de eo quem nec vidit, nec novit, nec ex unico scri-
ptio de origine animæ nosse potuit, ab eo latum, qui nun-
quam in judicem constitutus, in causâ, in quâ ad jü-
dicium ejus nunquam provocatum, imo quæ neq; in dû-
bium vocata. Quis dubium movit ebrio isti Censori, ut
de Jejuno iudicaret Neufeldio? ut disquireret num Neu-
feldius superaret N N. an hic istum; unde novit ho-
muncio esse Neufeldium novæ Philosophiæ propugna-
torem? An quod traducem animæ humanæ defendit,
creationem negat, privationem peccati originis for-
malem absolvere inficiatur, quod D E U M cau-
sam peccati per accidens blasphemè dici affirmat, quod
alijs Novatorum erroneis in philosophia opinionibus

contradicit, novæ Philosophiæ propugnator est? cur non ipse cum suis similibus antiquus sit? alij, qui ante natum Christum vixerunt Ethnici Philosophi, & qui primis post Christum natum viguere novi? Contemplare Quæso lector antiquum homuncionem? ex reliquis verò scriptis, quæ palam emisit Neufeldius, injuriæ talem incusationem Neufeldio imposuerit, quæ nec vidit, nec si vidisset, novitatis incusationi ansam ipsi præbere potuissent, nec etiamnum possent.

Pergit: cuius (Neufeldij) audaciam hic mirati sumus, quod non veritus fuerit alios refutare, quibus tamen contradicere non didicit, nec eorum dicta intelligere valet. Define quæso mirari audaciam, quæ nulla est, quam Ampliss. Collegium Philosophicum hujus loci suo approbat: Calculo, quæ optimo jure extemel concessâ docendi ac disputandi facultate, ab eo suscepta pro veritate, Sanâ Philosophiâ, contra novitates, quas nonnulli cum primis Calixtini in Religionis veræ contemptum ac detrimentum fingunt. Ast unde constat audacia? Quod non veritus fuerit alios refutare, quibus tamen contradicere non didicit, nec eorum dicta intelligere valet? Ast qui sunt illi? forte intelligit Calixtum, Stahlum, & Zeifoldum, animæ Creationem defendantes. Fatur Neufeldius, nonnulla in Disputationibus illis adversus Hypotheses virorum istorum directa, attamen eâ modestia, quâ talia tractare pro Authorum meritis decebat, prolata, sine omni injuriandi ipsaq; insultandi libidine, solius veritatis gratiâ, & in gratiam cumprimis illorum, in quorum manus manuscripta partim, partim typis edita devenerunt. Num contradicere ipsis didicerit

cerit Disputationum Autor, judicet, qui novit leges
Oppositionis Logicæ, non ad Cavillatoris Testimonium
causa ceder Neufeldius. Ostendat homuncio in modo
procedendi vitium, impetrabit sua ostensione dignum
Responsum. Sed nec ipsorum dicta Neufeldium intel-
ligere ait. Quid ita?

Rudis asinus est, & grande pecus, cui λόγος deest.
Bona verba prætor! Meliora quisquis es homuncio qui
me grandem vocas, Caput Pasquilli producitur: Quisquis
sive Jenæ animalculum Jenense, sive Regiomonti talia
præter meritum effutiverit, sive asellus sive asinus, exile
ac pediculare pecus sive grande hæc scripsit, sanè &
λόγος & decus defuit scribenti. Egregia causa: Non
intelligere valet eorum, quos refutar, dicta, quia rudis
asinus est. Unde hoc? λόγος deest. Quid ita? Crede
Lector, dicit ex tripode sine fundamento Cavillator.
Posset Neufeldius Eruditoru de se testimonia producere,
quibus, si rubor Cavillatori inest, eundem excuteret:
sed indignam judicat prolixâ confutatione calumniam.
Ast prodit se porrò sorex, & quam severum atq; sub-
tilem Censorem disputationum de origine animæ se ges-
serit, ut lingat ac scabat adulatorio more Novatorem,
suum Regiomonti hac in causa complicem, ostendit.

Ait: Pedibus calcavimus hominis disputationes, nullo
enim alio honore dignos judicavimus. Satis graviter ac a-
nimo magno à tantillo homine. Refutatio brevis sed
efficax est: calcat homuncio, quæ intellectu erant dis-
cutienda, forte quod intellectum in pede habeat vel cal-
caneo, ad illa verò, quæ pede erant calcanda, intelle-
ctus sui subtilitate in scriptis devolvitur. His concludit
& bona nova canit.

Dn, D.

15.


16.

17.

Dn. D. Major junior contra D. Calovium in lectionibus
& disputationibus publicis agit masculè. Vale & fare Am-
plis. Vir & Deo fortiter et adjuvante adversarios tuos vince.
Tandem bona causa triumphat, tandem erunt alij, qui cau-
sam vestram agent. Sapienti sat.

Ast cur non addit, quomodo D. Majorem Junio-
rem correxerit Sereniss. Elector Saxonie, unde novit,
quo aruspice, quo Prophetico spiritu, heterodoxos bonā
causam obtinere, tandem adversarios victuros, tandem triū-
phaturos? Qui sunt illi alij, qui causam Heterodoxā acturi.
Num Jenæ? Sapienti, inquit, sat: sed & hic insipienti Ca-
villatori satis: Contineat se ille imposterum intra suam
pelliculam, aut satius ipsi occinetur; aut si tantus est
proferat refutatu digna, examinet Philosophiam Neu-
feldij, parabitur ferculo, quod appositurus, dignum
operculum: si calumniari verò perrexerit, non minus
sentiet reprehensionem suam. Tu vero, Lector me-
cum Calumniatorum genium, quis sit, exactius ponde-
ra & eos, sive spuant, sive calcent, sive mordeant, sive ruma-
pantur, despiciatui habere disce.





vel Corruptibilitatem animæ concedant: tandem verò ita concludens di
 statuisse videri voluerit, ad Creationē
 qvam etiā publicitus facta (Erörtert
 præfere videtur. Jam tum verò obvē
 cursibus in additamentis ad 4. Disp.
 Amplissimi Collegij comprobatis &
 tione harum Dissertationum dubijs
 Deo vitam ac tempus largiente,
 Qvæstio vel breviter diducta ac prim
 rata pluribus discutietur, & nonnu
 defendendum, non satis firmis atq; i
 gnius contradicetur. Sed
 in loco: Nam & lit
 inem Philosophum J
 ira blemireas Ex
 citates, nullitates &
 ausus fuerit: G
 itto Censori.
 fundamenta
 meis trad
 possent, i
 us ille sit (
 volunt, Nomini
 cimā libidine ita inv
 lationum & Disputationes ip
 ax fuit mentis, calumniosius qv
 possit, in talia non meritum, siqvid
 Pasquillo similis ab eo, ad qvem lit
 qui meæ qvalicunq; existimationi m

